Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0002-2

1779.

1. Geisler, Carolus Henricus: Nonnulla de retractu gentilitio inter nobiles Imp. immediatos ex privilegiis statutisque equestribus non fundando. Programma, quo orationem aditialem Johann Borisegii indicit.

2. Geisler, Carolus Henricus: Quaedam de antiquitatibus juris publici ex disciplina Byzantina repetendis. Programma, quo orationem aditialem Leonhardi Johannis Caroli Iusti indicit.

3. Geisler, Carolus Henricus: De judicio super religione alterum ferendo disputatiuncula. Programma, quo orationem aditialem Johannis Jacobi Pfeifferi indicit.

4. Geisler, Carolus Henricus: De loco investiturae breves animadversiones.

5 a. i. b. Gemmeten, Joannes Fridericus, ex: De revisione actorum effectum suspensivum sanctione imperii de anno 1654 ortos atque in judiciis ordinum imperii habente. 2. Sept. 1779.

1779.

6. Hombergk zu Vach, Aem. Lud.: De usufructu materno in Hassia pro diversitate status et conditionis, quibus homines distinguuntur bonorum item atque locorum ...

7. Iken, Arnoldus: De pupillorum ac minorum in bonis tutorum curatorumve pignore atque privilegio

8. Iken, Jacobus Ludovicus: De relegato debito.

9. Robert, Carolus Guilielmus: De diverso poenarum genere ex mente C.C.C. indeque oriente discrimine inter delicta civilia et criminalia nequaquam negligendo.

1780.

1.a.b. Geisler, Carolus Henricus: De jure fisci civitatum imperii. Programma, quo solemnia novo prorectori creando indicit. 2 Exempl.

2. Geisler, Car. Hen.: De consociatione bonorum diversorum

1782.

1. Geislerus, Car. Hen.: De fundo emtitio.

1783

1. Meyer, Volckardus: De jurisdictione delegata ejusque et mandatae differentiis

1784.

1. Plitt, Joannes Fridericus: De Germanorum erga feminas observantia

2. Plitt, Joannes Fridericus: De levis notae macula secundum jus Germanicum

1787.

1. Hofmannus, Joannes Andreas: De juribus Imperatoris Augusti imperii Rom. German. circa legatos et nuncios pontificios in Germania . . .

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0008-6

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE

# REVISIONE ACTORVM

EFFECTVM SVSPENSIVVM SANCTIONE
IMPERII DE ANNO CIↃIↃCCLIV SALVA ATQVE
IN IVDICIIS ORDINVM IMPERII
HABENTE

QVAM

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO*
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

## DNO. FRIDERICO II

HASSIARVM LANDGRAVIO REGN. RELIQVA
*AVCTORITATE ET CONSENSV ILLVSTRIS*
*IVRECONSVLTORVM* ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CAPESSENDIS
DIE XXV MENSIS MARTII A. R. S. CIↃIↃCCLXXIX
PVBLICAE AC SOLLEMNI
MAGNIFICORVM ILLVSTRIVM ATQVE
EXCELLENTISSIMORVM VIRORVM
DISQVISITIONI

SVBMITTIT

IOANNES FRIDERICVS A GERMETEN
VOLKMARSIA WESTPHALVS AB EMINENTISSIMO PRINCIPE AC
DOMINO DOMINO MAXIMILIANO FRIDERICO
ELECTORE ATQVE ARCHIPRAESVLE COLONIENSI
ADIVNCTVS IVDEX PRAEFECTVRARVM IN
VOLKMARSEN ET MARSBERG.

MARBVRGI CATTORVM
TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI ACAD. TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0009-5

# PRAEFATIO.

Cognitum & perſpectum eſt: remedia iuris vſu fori cuiuslibet adprobata Sententias latas impugnandi varia eſſe, et quidem illis vti poſſumus: partim apud eundem & ſuperiorem iudicem, partim penes inferiorem iudicem ſolum, qui ſententiam tulit, aut apud iudicem ſuperiorem tantum. Illa habent modo effectum ſuſpenſiuum, iisque illud agitur, vt ſententia ab eodem iudice, a quo lata eſt, cauſſa denuo atque adcuratius diſcuſſa, et prioribus actis et

rationibus diligentius perſpectis, reſcindatur, aut ſaltem emendetur; modo deuolutiuum, dum cauſſa controuerſa a ſententia iniqua oppreſis ad iudicem ſuperiorem transfertur, et quidem vtrumque ſimul, ſeu ſuſpenſiuum, ſeu deuolutiuum tantum. Sunt quoque media nota reſciſſoria dicta.

Remedia vero illa originem ſuam trahunt: ſiue ex iuribus communibus in ſubſidium in Germaniae foris receptis, ſiue moribus, atque inſtitutis Germanorum, ac ſunt tum ordinaria, quum extraordinaria.

Romani igitur iis, in quos ſententia iniqua dicta fuit, non tantum appellandi, prouocandique veniam dederunt, vt oppreſſis ſubueniatur, iniquitas iudicantium, vel imperitia corrigatur a ſuperiore iudice; verum etiam beneficium ſupplicationis imperatori intra biennium, aut intra decendium praefecto praetorio exhibendae, conceſſerunt, vt iniuſtas ſententias reformarent. Indulta quoque fuit reſtitutio in integrum, quae contra ſententiam et ab ipſo principe, et a praefecto praetorio peti potuit. Praeterea retractatio in promtu fuit, conceſſa intuitu eorum, a quibus prouocari non potuit, errore, alioue modo laeſis intra decem dies *a*), aut ſi iam iudices illi magiſtratui ſe abdicauerant, intra biennium, quo imperatori ſupplicari potuit.

*a*) Nou. CXVIIII, cap. V.

potuit. *b*) Aliud remedium, quod iure ciuili iam antiquitus traditum videtur, nimirum reuocationis in duplum, ſilentio praeterire lubet *c*). Alia remedia ſuſpenſiua ordinaria Romani plane ignorarunt; ſed iudex, poſteaquam ſemel ſententiam dixit, iudex eſſe deſiit *d*).

At vero Germani liberam facultatem appellandi, atque impugnandi ſententias non ſolum laeſis et deceptis tribuerunt; itemque ab his cognitiones cauſſarum prouocationibus ab inferioribus iudicibus ad ſuperiores iudices, quibus moleſtia adfecti obnoxii fuerunt, vt et ad reges *e*), comi-



*b*) L. vn. cod. de ſent. praef. praet. Nic. Hieron. Gvndling, in diſſ. de tranſmiſſione actorum in legibus imperii permiſſa, eiusque repetitione *Halae Magdeb.* MDCCXXII et recuſa *Wezlar.* CIϽIϽCCXXVIIII, cap. I, § VII, §. XI.

*c*) Vid. Corn. van Bynkershoeck in obſeruat. iur. rom. lib. VI, cap. X, ex edit. Io. Gottl. Heineccii CIϽIϽCCXXXVIII, p. 120 ſeq.

*d*) L. 55 π. de re iud. Ant. Perez in praelect. in XII. libros cod. Iuſtiniani imp. *Colon. Agripp.* CIϽIϽCCVII. 4, lib VII, tit. XLV, num. 29, 30, p. 631, P. I, Christian. Henr. Eckhard de iure vtendi leuterationis etc. *Jenae* CIϽIϽCCXXXXV, 4, cap. I, § V, VI, p. 6, ſeq.

*e*) De modo reformandi, reſcindendi, et emendandi ſententias in iudicio antiquo aulico per caeſarem et principes imperii legi meretur vir ille magnus et ſempiterna laude conſpicuus Henr. Christ. baro de Senberg faſcic. II, medit. iur. publ. priuati et hiſt. *Giſſ.* CIϽIϽCCXXXIX, 8, med. 4, § 18, p. 370 ſeq. et vir perilluſtris Io. Henr. baro de Harpprecht im Staats-Archiv

tia, duces, aliosque translatae ſunt; quin etiam deinde prudentes extraneos adierunt *f*), quibus ſubiecti non extiterunt illi, in quos iudices competentes iniqui fuerunt; verum etiam iudices Germanorum ſententias a ſe pronunciatas mutare, corrigere, emendare, easdemque in eodem iudicio improbari et labefactari paſſi ſunt. Jubent quoque iam antiquiſſimae leges Salica, et Ripuariorum litigatores, antequam ab iniqua ſententia prouocent, iudicem, ſiue rachimburgios ſemel atque iterum admonere: vt ſecundum leges iudicent, aequioremque ferant ſententiam. Quod etiam Wiſigothis placuit *g*). Quo facto, iudici integrum fuit: ſententiam cauſſa penitius expenſa, ſin illa aequa, iuſtaque extitit, confirmare; quod ſi vero iniqua viſa fuit, corrigere, et emendare. Alias poenam iudex incurrit male iudicatae cauſſae, niſi alterutrum egiſſet. Vnde patet: remedia, quibus Germani vſi ſunt, et adhuc hodie in multis iudiciis in vſu atque exercitatione forenſi obſeruantur, quamuis illa ſenſim nominibus variis, v. gr. leuterationis, reuiſionis actorum, re-

chiv des kaiſerl. und des h. röm. Reichs-Kammer-Gerichtes, P. II, p. 150, 135, 138.

*f*) CHRISTOPH. FRID. HARPPRECHT de curiis ſuperioribus in Germania, *Tub.* CIϽIϽCCXXXII, et *Jenae* CIϽIϽCCLVIII, 4, p. 3-12, et p. 16. ſeq. theſ. 3 ſeq.

*g*) Lex ſalica tit. LX, § 1, 2, lex Ripuar. tit. LV, lex Wiſigoth. lib. II, tit. 1, XXVIIII, XXX, XXXI.

reſtitutionis in integrum, ſupplicationis, dictionis iniquitatis, ſiue nullitatis etc. inſignita fuiſſent, ad aequiorem ſententiam impetrandam, e moribus patriis, legibusque Germanorum ortum ſuum trahere.

Inter antiquiora Germanorum remedia ſuspenſiua igitur referenda eſt *leuteratio*, quae olim etiam ſummo auguſtiſſimo tribunali, quod camera imperialis nuncupatur, arriſit *h*), teſte viro perilluſtri, omnique genere laudis excellente: JOANNE HEINRICO *Barone de* HARPPRECHT. Eam imitata eſt deinde *reuiſio actorum* *i*), et reliqua



*h*) In perfecto expletoque omnibus ſuis numeris et partibus opere, cui titulus eſt: Staatsarchiv des kaiſerlichen und des h. römiſchen Reichs Kammergerichts etc. P. I, *Ulmae*, CIϽIϽCCLVII. 4, p. 60, § 83, p. 93, § 171, et in adpend. num. XXX, p. 158 ſeq. add. DE SENKENBERG l. d. faſc. II, med. VIII, § 1, § 5, p. 417 ſeq. p. 423 ſep. Vir illuſtris GE. LVD. BOEHMER de prouocat. iur. German. *Halae Magdeb.* CIϽIϽCCXXXVIII, 4, cap. I, § VIII, p. 42 ſeq. ECKHARD, l. m. cap. I, § VIIII. ſeq. p. 9 ſeq. et vir illuſtris praeceptor pie venerandus IO. ANDR. HOFMANN in der teutſchen reichspraxis P. I, § 852, p. 538, § 857 nota (y), p. 544.

*i*) Conf. GE. MELCH. DE LVDOLF de iure camerali commentatio, *Wezlariae* CIϽIϽCCXLI, 4, ſect. I, § 13, num. 7, p. 128 ſeq. ſect. II, § 6, n. 41, p. 220, 221, IO. WOLFG. TEXTOR in diſp. XIII ad receſſ. imp. nou. th. 23, th. 61, 62, p. 277, p. 286, GVNDLING l. d. C. I, § 10-13, p. 6 ſeq. IO. GE. ESTORIS Anfangsgründe des gemeinen und Reichsproceſſes P. I, cap. 37, § 950 p. 340, IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung zum civil Proceſſe, *Halae* CIϽIϽCCVIIII, 4, cap. XXX, § 9 ſeq. p. 247 ſeq. IO. IAC. IOSEPH KIRSCHBAVM de reuis. in cauſſa ap-

reliqua nominata remedia iuris germanici eidem ſimilia ſunt. De omnibus hisce remediis non acturus ſum; verum de reuiſione actorum, eiusque adiunctionibus tantum quaedam, auſpicalis ſpeciminis loco, in medium proferam, et tenui quodam et exiguo ſermone diſputabo; Deus optimus maximus bene vertat! Sunt quidem multa egregia opuſcula de reuiſione actorum in promtu; ſed illa mihi nihiloſecius ſpicilegium quoddam reliquiſſe videntur, in quo me exercere queam, quod aequi bonique conſulere demiſſe rogo.

appellab. remedio appellationis neglecto penitus ceſſante, *Heidelb.* 1767, 4, § 4, p. 8, § 20, p. 23, de Cramer T. II, P. II, obſ. 674 p. 239. ſeq. Wezl. Nebenſtunden, P. II, abh. 5, p. 77, ſeq. et ſyſt. proc. imp. ſect. III, tit. I, § 1063, p. 302.

§. I.

## §. I.

### *Reuiſio vario ſenſu ſumitur.*

Verbum: *reuiſio* generatim ſumtum, diuerſos ſignificatus habet. Nam illo vti ſolemus partim pro actu, quo res geſtae, confectae et delineatae viſui repetita vice ſubiiciuntur; vnde reuiſio rationum *(a)*, cataſtrorum *(b)* delineatarum ſcripturarum *(c)*, et quae ſunt reliqua, occurrit; partim *reuiſio actorum* tanquam remedium iuris ante oculos ponitur, quo acta circa iu-

a) IO. HEESERI. loci communes de rationibus redd. earumque reuiſione, *Wezlar.* cIↃIↃccxxvIII, 4, NIC. CHRISTOPH *baro de* LYNKER decis. 377, p. 230 IO. VLR. *baro de* CRAMER T. II, P. II, obſ. DCCLX, p. 454. ſeq.

b) FRID. GUIL. LYSERUS de cataſtri reuiſione, *Erf.* 1685, *Witt.* 1735, 4, p. 6-46.

c) Vid. erneuerte kur cölniſche Hofkanzelleyordnung 1726, fol. tit. I, § 15, p. 6, p. 19, von Reviſionen der auszufertigenden Proceſſachen, tit. 2, § 7, 8, p. 16, § 25.

iuſtitiam, iniquitatemue ſententiae latae iudicandi gratia demum oculis animoque perluſtrantur, ad grauamina per eam illata, ſi quae ſunt, tollenda.

Verum enim vero, quamuis in more et inſtituto maiorum poſitum fuerit, quod reuiſio actorum effectum ſuſpenſiuum habeat; nihilo minus hodie ille huic non vbique amplius tribui ſolet; praeſertim, ſi ad legem imperii anno cIɔIɔcLIIII promulgatam *(d)*, et ad capitulationem auguſtiſſimi imperatoris, quoad ſumma imperii tribunalia, reſpicimus *(e)*; deinde vero, quando reuiſio actorum in terris et iudiciis ſtatuum imperii ſecundum habitum antiquum et praeſentem contemplanda eſt animo; ideoque differentiae quaedam omnino adhibendae ſunt, quo variae eiusdem ſpecies, indoles et natura a ſe inuicem diſcerni, atque exceptiones euolui queant. Quod ſi reuiſio actorum etiam hodie in ſummis imperii tribunalibus e regula effectu ſuſpenſiuo gaudere non debeat; tamen adiunctiones ſilentio praetereundae non ſunt, quas modo leges imperii conſtituerunt, modo res ipſa, vſus forenſis, atque analogia iuris ſuppeditant.

Nam receſſus imperii de anno cIɔIɔcLIIII excipit expreſſis verbis reuiſiones actorum antiquiores *(f)*, itemque circa cauſſas re-

*d)* § 124 - 133.

*e)* Art. XVII, § 2, ſeq. et de iudicio imperii aulico, *ibid.* § 14.

*f)* Receſſus imperii anno cIɔIɔLIIII, promulgatus § 124, HENRICUS DE COCCEII de reuiſoriis iudiciis cum in genere, tum in ſpecie ſtatuum imperii, *Heidelb.* 1687, et *Witteb.* 1744, 4, th. 24, p. 14, CHRISTIAN. HENR. HILLER de concurſu et electione vtiliori remediorum contra ſententias in ſupremis imperii tribunalibus latas, praeſide GABR. SCHWEDERO, *Tub.* 1717, 4, cap. IV, § 7 p. 75.

religionis, ſpirituales, atque eccleſiaſticas. Hisce adiiciunt multi cauſſas: vbi damnum irreparabile per executionem inferretur, quod per iudicium reuiſorium reſtitui nequeat (g), aliasque, quae infra recenſendae ſunt.

## §. II.

### *Deſcribitur reuiſio actorum in camera imperiali hodie vſitata.*

Remedium reuiſionis actorum eſt prouocatio ad iudicium reuiſorium legibus imperii ordinatum, qua ſententia cameralis errore, incuriaue lata offenſus ſupplicat: vt acta priora ab imperatore auguſtiſſimo, atque ordinibus imperii deſignatis denuo perluſtrentur et grauamen inique illatum reparetur, et reformetur (h).

## § III

### *Quinam reuiſione actorum vti poſſunt?*

Reuiſio actorum inſeruit omnibus illis, quibus in camera auguſtiſſima contentio eſt cum aliis de rebus ſuis, et iuribus, ac qui ſententia illius iniqua, culpa, incuriaue pronunciata oppreſſos eſſe autumant.

Hoc

g) DE LUDOLF in ſupplem. obſeruat. for. *Wezl.* 1738, 4, obſ. 400, coroll. 3, p. 439, et de iure cam. p. m. 229, p. 235, SCHWEDER et HILLER l. m. vid. tamen *de* CRAMER P. III. ſyſt. proceſſus imp. ſeu ſupremorum aug. tribunalium, *Vlmae* 1766, 4, § 1561, § 1562, p. 443.

h) Remedium ſyndicatus a reuiſione actorum differt, vid. ordinatio cam. de anno cIↄIↄLV, P. III, tit. 53, § 5, § 10. Nam illud dolo malo nititur; haec autem culpam praeſupponit, conf. celeberrimi FRID. GUIL. TAFINGERI inſtitutiones iurisprud. cam. *Tub.* 1754, 8, ſect. IV, tit. VI, § 1043, § 1062, p. 872, p. 897 ſeq. *de CRAMER* in ſyſt. proc. imp. ſect. IV, tit. III, § 1586 ſeq. p. 452. ſeq.

Hoc enim remedium iuris imitatur appellationem, huiusque fauor quodammodo eidem prodeſſe debet *(i)*; et quamuis regula in ſummis imperii tribunalibus ſeruetur, quod videlicet reuiſio actorum in illis effectu ſuſpenſiuo careat; tamen illa effectu deuolutiuo gaudet *(k)*. Partes igitur generis communione quaedam ſimiles, ſpecie autem differentes ſunt *(l)*. Incertum quidem hoc, quod effectum ſuſpenſiuum attinet, diuerſitas tradentium facit; perſpicuum quoque illud eſt, conſtatque inter omnes: reuiſionem actorum in camera imperiali, praeter deuolutiuum effectum, quondam vim habuiſſe ſuſpenſiuam *(m)*; ideoque nonnulli ſunt: qui effectum illum ſuſpenſiuum huic remedio

*i)* Vid. viri perilluſtris et omni doctrina liberali politiſſimi GOD. DAN. HOFMANNI et CHRISTOPHORI ADAMI KOELLE diſſ. lectu digniſſima: de odio reuiſionis cam. ſublato, ad capitulat. nouiſſ. art. XVII, § 2, *Tub.* 1767, 4, cap. XVII, p. 30, cap. XVIII, p. 32.

*k)* R. I. 1654. § 124, GUIL. RODING in pandectis cameral. *Colon. Agripp.* 1710, 4, lib. III, tit. 61, § 82 p. 800, IO. LUD. BENDER de reuiſione actorum etc. *Colon. Agripp.* 1700, 4, p. 2, p. 90.

*l)* *De* CRAMER in ſyſt. proceſſus etc. § 1515, § 1524, p. 428, p. 430, IO. GE. SEELIG de reuiſione act. propter denegatam reſtit. i. i. *Marb.* 1747, 4. § 8, p. 5. § 9, p. 6 ſeq. RODING l. m. lib. III, tit. LXI, § 98 100, p. 803.

*m)* Ordinatio cameralis anno cIↃIↃLV promulgata, P. III, tit. LIII, § 1, 4, 7, receſſus deputat. imp. anno cIↃIↃC publicatus § 144, § 151, inſtrumentum pacis osnabrugenſis art. V, § LV, ANDR. GAILLIUS P. I, obſ. CLIV, num. 3. et de arreſtis imperii, cap. XII, num. 4, 5, PET. HEIGIUS lib. I, qu. X, num. 63. ſeq. PET. FRIDERUS, mindanus, de proceſſibus, mandatis etc. cIↃIↃcI, 4, lib. II, cap. XXVIII, num. 1, 2, p. 179 ſeq. RODING l. d. lib. III, tit. LXI, § 44-47, perill. G. D. HOFMANN et IO. CHRISTOPH. HENR. ZELLER de iuramento reuis. cam. *Tub.* 1769, 4, § XII, p. 8, vir perill. JO. JAC. MOSERI miſcell. T. II, in opuſc. de reuiſ. ſect. VII, § 4, *eiusdemque* comm. ad capitulationem Caroli VII, P. I, in adp. p. 50, et P. III, p. 195 ſeq. p. 253, p. 374. ſeq. *SAM. STRYK* de iure exequendi ſententias imp. directoribus circul. compet. cap. XXII, *IO. NIC. HERTIUS* de iudicio reuiſorio in imperiali camera, § VI.

remedio iuris more maiorum comparatum adhuc tamdiu attribuunt, quamdiu reuiſionum annuarum vſus lege imperii nouiſſima conſtitutus non interruptus accedat et victus ſimul a victore executionem petente, de reſtituendo, ſi ſententia illa reformetur, ſatis accipiat *(n)*. Nihilominus reuiſionum futurarum effectus ſuſpenſiuus e regula ſanctione illa imperii nouiſſima anno cIɔIɔcLIIII, ſaluis exceptionibus, et deuolutiua efficientia integra, ſublatus eſt, idemque ceſſat apud iudicium imperii aulicum, teſte vſu forenſi, quod adprobat JOANNES CHRISTOPHORVS *ab* VFFENBACH *(o)*, vir per illuſtris JOANNES JACOBVS MOSER *(p)*, aliique. Rationes illius legis variae eſſe poſſunt, neque illis, inter alias, contradico, ſi ad coercendos et diminuendos reuiſionum actorum abuſus et promouendas executiones, effectus ſuſpenſiuus illis ademtus eſt; verum illa ratio, quam quidam



*n*) *I. H. B.* (*BOCRIS*) reichsgeſätz-
liche Prüfung der Frage: ob nicht den
remediis reuiſionis et ſupplicationis
nach dem eigenen Sinn der Reichsge-
ſäze noch heut zu Tag der effectus ſu-
ſpenſiuus ordnungsmäſſig zu vergön-
nen, und in welchen Fällen auch an
ſolcher Wirkung die Berufungen auf
den Reichstag Theil nehmen? *Lipſ.*
1751, 4, § 4—13, p. 8, p. 26 ſeq.
*de CRAMER* P. I der Beiträge, p.
125, Nebenſtunden P. 85, obſ. 8,
p. 50 ſeq. et T. II, P. II, obſ. 719 p.
326 vir illuſtris *IUST. CHRISTIAN.
LUD. de SCHELLWIZ* de remedio re-
uis. ex legibus imp. et praxi camerae
imp. *Witt.* 1765, 4. obſ 4-8. p. 11-
32, *SCHWEDER* et *HILLER* l. d.
c. 4, § 7, *SEELIG* l. m. § 22, p. 15.

*o*) de excelſiſſimo conſilio caeſar. imp. aul. *Francof. ad Moenum* MDCC. fol. cap. XXIII, p. 269 ſeq. vid. tamen *ERICI MAURITII* exercitatio de caeſar. mai. et imperii iudicio aulico, § 25, p. 422, 423, diſſert. et opuſc. 1692, 4, *HERTIUS* l. m. § VI, p. 37 ſeq.

*p*) in Reichshofrats-concluſis, P. III p. 702, adde BENDERUM l. d. concluſio XX, p. 143 ſeq. THOM. MERKELBACH in conſil. C, num. 7 ſeq. p. 462 ſeq. T. II, conſil. a, *CASP. KLOCKIO* editorum. *CHRISTOPH. SCHWANMANN* de proceſſ. aug. camerae imp. iudicii, cIɔIɔcI, 4, lib. 1, cap. 75, num. 12-18, p. 346 ſeq. ſaltem dubius eſt circa differendam executionem.

quidam in hanc rem adferunt, et e defectu iurisdictionis depromunt, mihi diſplicet; quoniam ea iuribus et legibus imperii congruens non eſt. Cauendum igitur eſt, ne illi temere aſſentiamus. Nam auguſtiſſimus imperator fons iurisdictionis dicitur *(q)*, qui cum ordinibus ſacri imperii romano-germanici, tanquam ſtatores ſummi tribunalis, quod camera S. R. I. nominatur, ſunt, quorum beneficio quaſi ſtant omnia, quae iurisdictionem ſupremam in imperio attingunt. Quod ſi enim finis, ſeu effectus reuiſionis actorum in camera imperiali ordinatus hodie eſt deuolutiuus, ex quo reuiſores de cauſſa controuerſa, vtrum bene, an inique, maleue iudicatum ſit, cognoſcere debeant, conſequitur: vt, vbi cognitio cauſſae locum habet, ibi iurisdictio adeſſe debeat. Vnde per leges imperii iudicium reuiſorium eſt ſtabilitum *(r)*, et in quaeſtione adhuc eſt: num remedia iuris ſuſpenſiua aduerſus ſententias reuiſorum cameralium locum habeant? Sunt negantia contraria aientibus *(s)*.

## §. IV.

q) *TOB. PAURMEISTER a KOCHSTET* de iurisdictione imperii rom. *Helmſt.* 1670, 4, lib. II, cap. VI, num. 274, p. 756, *GAILLIUS* lib. I, obſ. 154, num. I, *CAESARINUS FURSTENERIUS* von des Kaiſers Iurisdiction, 1747, 4, *de SENKENBERG* de iudicio camerali hodierno etc. *Vindob.* 1764, 8, § 4 ſeq. p. 13 ſeq.

r) *IO. NIC. HERTIUS* de indicio reuiſorio imperiali camera, in opuſcul. Vol. I, Tom. II, p. 34 — § 54, *Francof. ad Moenum* 1737, 4, iudicium ordinarium et extraordinarium ſiſtit, et deſcribit § 4, p. 36, vir perill. *GOD. DAN. HOFMANN* de viſitatione cam. *Tüb.* th. 8 - 10, p. 7.

s) *GAILLIUS* lib. II, obſ. 47, n. 9, *de CRAMER* in Wezl. Nebenſtunden, P. CXXII, p. 184 ſeq. vir illuſtri laude celebratus: *IO. DAN. HOFMANN* de remediis aduerſus ſententias reuiſorum cameral. *Tüb.* 1767, 4, § I ſeq. *HERTIUS* l. m. § XXX, p. 48, *TAFINGER* l. d. § 1061, p. m. 896, *RODING* l. c. lib. III, tit. LXI, § 108, p. 604 ſeq.

## §. IIII

### *De qualitatibus cauſſarum reuiſioni actorum obnoxiis, eamque reſpuentibus.*

Quod cauſſarum qualitates attinet, circa quas remedium illud iuris vſurpari poteſt, regula quidem formatur: reuiſio actorum aduerſus quascunque ſententias camerales grauamina continentes locum habet; ſunt tamen exceptiones in promtu, quae illam non admittunt, v. g. 1) decreta extraiudicialia *(t)*, 2) res controuerſae et diſceptatae, quae ob qualitatem cauſſae appellationem reſpuunt *(u)*; 3) ſi dilationem, aut moram non concedunt *(x)*; 4) ſententiae ſimplices interlocutoriae vim definitiuarum non habentes; 5) prouiſionales; 6) in ſummariiſſimo latae; 7) inhaeſiuae, niſi plus comprehendant, quam praecedentes; 8) quando interpoſita contra examen teſtis ſenio confecti *(y)*; 9) cauſſa alimentorum liquida *(z)*; 10) ſpolium manifeſtum *(a)*; 11) executio rei iudicatae *(b)*; et paritoria ad mandatum de exequendo *(c)*; itemque mandata ſine clauſula, certo mo-



*t)* Conf. concluſum ſenatus pleni die 6 menſis Decembris cIↃIↃccL publici iuris factum, apud *TAFINGERUM* l. m. § 802, not. *d)* p. 689, *de CRAMER* in wezl. Beitraegen, P. I, opuſc. XXVI, p. 104 - 114, conſult. *RASOR* l. m. cap. III, p. 57 ſeq. p. 75, p. 77 ſeq.

*u)* R. I. cIↃIↃcLIV, § 125, § 127, v. c. cauſſae criminales etc. De crimine fractae pacis vid *WUEST* de reuiſione act. § 9, p. 10, 11.

*x)* *De CRAMER* T. II, P. II, obſ. 614, p. 90, et ſyſt. proc. imp. ſect. IV, tit. 3, § 1519. ſeq. p. 429. ſeq.

*y)* *Idem* T. II, P. II, obſ. 614, p. 90.

*z)* *idem* T. I, obſ. 323, p. 723; vide tamen receſſum deput. imp. 1600, § 146.

*a)* *De CRAMER* T. II, P. II, obſ. 575 p. 7.

*b)* *Idem* T. I, obſ. 236, p. 537.

*c)* *Idem* T. II, P. II, obſ. 574, p. 6,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0023-9

modo *(d)*; 12) ex deficiente quantitate aeque reuiſio actorum locum non habet. Nam ſumma illius ad 2000 imperiales quoad ſortem conſtituta eſt, non computatis vſuris, et intereſſe *(e)*, et quae ſunt reliqua *(f)*. At vero circa ceteras res, certam aeſtimationem non habentes, aut onus aliquod perpetuum, aut irreparabile damnum inuoluentes, illud remedium iuris non erit denegandum *(g)*

## § V

## *De adiunctionibus reuiſionum effectu ſuſpenſiuo praeditis.*

Reuiſio actorum fauore iuris fruitur (§ III), nec odio habenda eſt. Quapropter, quoniam illud eſt, hoc neceſſe ſit, quod illa in omnibus habeatur licita, in quibus expreſſe legibus interdicta non deprehenditur, eamque ob rem ea oppreſſi iniquo iudicio vti poſſunt: non ſolum contra ſententiam iniuſtam cameralem definitiuam, verum etiam aduerſus interlocutoriam vim definitiuae habentem, aut tale grauamen continentem, quod per

6, *IO. HUB. WUEST* de reuiſione actorum, *Gieſſ.* 1743, 4, § 6. ſeq. p. 7 ſeq. § 9 — 16.

*d*) Rec. deput. imp. 1600, § 146.

*e*) R. I. 1654. § 127, *de COCCEII* l. d. th. 7, 8, p. 6 ſeq. *SEU. THEOD. NEURODES* (Lenz) pragmatiſche Erläuterung des jüngeren Reichsabſchiedes etc. *Ienae* 1752, 4, Anmerkung 280, p. 543.

*f*) Viri perill. *G. D. HOFMANNI* opuſculum praeſtantiſſimum: de aetate et numero cauſſarum reuiſionis cameral. *Tub.* 1767, 4, et V. C. *GUIL. CHRISTIANI ROTBERGII* ſpecimen auſp. de iuſta reuiſionis ſentent. cam. reſtrictione, *Gieſſae* 1766, 4.

*g*) Receſſus deput. imp. 1600, § 146, atque arg. O. C. P. II, tit. 28, § 4, C. O. C. P. II, tit. 31, § 6, *HERTIUS* l. d. § 6, p. 37, *GAILL* lib. I; obſ. 123, num. 4 ſeq. *IO. HENR. BOCRIS* obſeruat. ſel. circa materiam adpell. reuiſ. etc. *Bamb.* 1745. ſect III, obſ. 3, *WUEST* de reuiſ. actorum, § 7 ſeq. p. 8 ſeq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188093-p0024-4

per definitiuam reparari nequit *(h)*. Quamobrem reuiſio actorum executionem ſufflaminare debet, quotiescunque 1) per iudicium reuiſorium res in priſtinum ſtatum reſtitui nequit (§ 1); II) in viſionibus, vbi cautio de reſtituendo modo praeſtari nequit, modo illa non admittenda eſt *(i)*. Verba receſſus deputationis imperii anno cIↄIↄc in publicum propoſiti huc ſpectantia adducere liceat, quae ſic ſe habent, § 144 als auch Streit fürgefallen, wann durch eine Partei wegen einer an unſerm Cammergericht wider ſie ergangen Urtheil ein Reviſion gebürender weiſs begehrt, und ſolches durch unſers lieben Neven, des Erzbiſchoffen und Churfürſten zu Maînz, als Erzcanzlers &c. &c. L. bemeldtem unſerm Cammergericht notificirt, ob deſſelben ungeachtet auf Anhalten der obſiegenden Parteien und auf Oblation, oder Leiſtung gebürender Caution, in puncto executionis zu procediren, und zu vollnfahren, oder ob damit gänzlich biſs zu endlicher Erörterung der ausgeſchriebenen Reviſion ſtill zu ſtehen, wie bei dem durch unſer Cammergericht überreichtem *hundert und zvvei und zvvanzigſtem dubio* weiter ausgeführet, dieſes zu erläutern, ob wol auch in unſerer Cammergerichtsordnung parte tertia tit. penultimo, derwegen gute Vorſehung geſchehen, darbei es zu laſsen. *So ordnen und vvollen vvir doch, daß*

*h)* *GAILL* lib. 1, obſ. 155, num. 5, *BENDER* l. d. conclus. X, num. 43, p. 99, *IAC. BLUMIUS* in proc. cam. *Colon. Agripp.* 1703, 4, tit. LXXIX, § 22, p. 633, *NIC. CHRISTOPH L. B. de LYNKER* de gramamine extraiud. *Jenae* 1738, 8, cap. IX, P. II, § 13, num. 3, § 14, p. 801 ſeq. *U. TH. LAUTERBACH* in coll. th. pr. *π.* lib. XLIX, tit. 8, § 7.

*i)* Rec. deputat. imp. 1600, § 144, § 146, *IO. GOD. de MEIERN* in actis comit. 1654, T. II, p. 154.

*daſs pendente reuiſione mit der Execution nicht zu verfahren, ſondern damit eingehalten vverden ſoll.* Es ſolle aber in puncto liquidationis, vvann in cauſſa petitionis hereditatis, reſtitutionis in integrum, und dergleichen Reviſion geſuchet worden, parti victrici freiſtehen, ungehindert der angekündigten Reviſion an unſerm Cammergericht darin der Gebür zu verfahren. — — § 146 belangend aber cauſſas mandatorum de relaxando captiuo et decretorum alimentorum, ſoll die Reviſion keinem verweigert ſeyn, aber gleichwol pendente reuiſione die auferlegte Parition de relaxando captiuo, *auf Anerbietung und Leiſtung gebürlicher genugſamer Caution, erfolgen*, und der Gefangene erledigt, wie auch in Sachen decretorum alimentorum effectus ſententiae nicht ſuſpendiret, ſondern mit der Execution unverhindert verfahren werden, und ſoll dieſes alles allein in künftigen Fällen und Sachen zu verſtehen ſeyn. Quod ſi vero cautio de reſtituendo in reuiſione actorum inconceſſa eſt, tunc conſequitur: vt reuiſio actorum effectum ſuſpenſiuum retinere debeat, qui eidem in memorata lege imperii deputationis adſcriptus fuit; vnde facile intellectu eſt: receſſum imperii anno cIↄIↄcLIIII, promulgatum, eiusque § 124 huc non pertinere, nec hoc loco adplicari poſſe. Nam ſi certum, et perſpectum eſt, quod effectus ſuſpenſiuus reuiſionis actorum ſartus tectusque conſeruetur, quando victor nullam, ſeu non ſufficientem de reſtituendo cautionem praeſtare poteſt, eo magis iure meritoque cenſendum erit: illum effectum perſiſtere, ſi ſponſionum fideique pignora ſecundum indolem et qualitatem rei prorſus locum non habent, neque acceptari poſſunt. In vtraque viſione ceſſat conditio, ſub

qua,

qua, nec alio modo, receſſui imperii deputationis iſti per legem imperii anno cIↄIↄcLIIII publicatam, derogatum eſt, deficiuntque res pecuniariae, in quibus occupatus eſt receſſus imperii nouiſſimus, nec adeſt caſus ſuccumbendi *(k)*; ſed obuiam eſt reuiſio actorum, v. gr. circa exceptionem fori declinatoriam reiectam, et ius primi fori, ſiue beneficium primae inſtantiae *(l)* denegatum. Maxima hac de re controuerſia hactenus fuit inter eminentiſſimum et celſiſſimum Archiepiſcopum, atque Electorem colonienſem, patrem patriae meum clementiſſimum, et Abbatem, principemque corbeienſem reuerendiſſimum, cui ab hoc die XVII menſis Iulii anno cIↄIↄccLV oblata reluitio caſtri Koglenberg, atque oppidorum Martisbergae, et Volkmarſiae pro dimidia parte fuit, eo tempore, quo eminentiſſimus et sereniſſimus Archiepiſcopus, Electorque colonienſis Clemens Avgvstvs, piiſſimae memoriae, per Bauariam iter in Italiam ad limina apoſtolorum facere coepit, ideoque abſens fuit. Laudatus Archiepiſcopus redux propoſuit auſtraegas die XIIII menſis Ianuarii cIↄIↄccLVI. At vero Abbas corbeienſis iam die VII menſis Nouembris cIↄIↄccLV, ante reditum Archiepiſcopi colonienſis, camerae imperiali ſupplicauit pro citatione ſuper dene-

gata,

*k*) TEXTOR in diſp. XIII ad receſſum imp. de anno 1654, § 13, p. 274, 275.

*l*) Vid. viri, cuius immortalis memoria, et gloria viuit: IO. GE. ESTORIS commentatio egregia et praeclara: de iure primi fori, ſiue beneficio primae inſtantiae ordinibus imperii perfecte pleneque impertiendo, nec reſtricte poſthac praefiniendo, *Jenae* 1741, 4, § 31 ſeq. p. 15 ſeq. § 46 ſeq. p. 20 ſeq. § 59 ſeq. p. 30 ſeq. §. 85, p. 52, IO. VOETIUS in comm. ad π. lib. XLIX, tit. 2, § 3, BENDER l. d. concluſ. XX, num. 149 ſeq., TAFINGER l. m. ſect. IV, tit. 6, § 1046.

gata, et protracta iuſtitia auſtraegarum, cum Elector colonienſis intra terminum legitimum quatuor hebdomadarum auſtraegas non propoſuiſſet. Vocatio in ius decreta fuit a camera augusta. Archiepiſcopus et Elector colonienſis vero tuitus eſt iudicium ſuum auſtraegarum aduerſum cameralem citationem exceptione primi fori; inprimis cum auſtraegae extra fines archiepiſcopatus delati fuiſſent ad hoc negotium conficiendum, neu requiſitio ad auſtraegas, neu inſinuatio illius legitime facta *(m)*, itemque citatio obrepta eſſet; quamobrem huius retractionem et reſtitutionem in integrum contra lapſum fatalium implorauit. Sed ſummum illud imperii tribunal ſententiam in Archiepiſcopum, Electoremque colonienſem tanquam contumacem, die XXIII menſis Decembris cIↄIↄcclvii dixit, et rogatum illius pro auſtraegis legitimis die I menſis Februarii cIↄIↄcclxv praeciſe negauit. Archiepiſcopus colonienſis autem reuiſionem actorum quidem contra hoc decretum interpoſuit; nihilominus camera imperialis amplius in hac cauſſa proceſſit, Abbas quoque corbeienſis cautionem obtulit, ad remedium illud iuris remouendum; verum Archiepiſcopus recurrit ad comitia imperii, ibique grauamina ſua exhibuit *(n)*. Vnde ad congreſſum de-

*m*) Ordinatio cameralis P. I, tit. XXXVIII, XXXVIIII, P. II, tit. 2, P. II, tit. 26, tit. 28, § 2, GAILL. lib. I, obſ. 28, num. 3, RODING l. d. lib. I, tit. IIII, § 29, p. 28, BLUMIUS l. m. tit. 27, § 194, p. 146, de CRAMER in ſyſt. proceſſ. imper. §286, p. 77, §291 ſeq. p. 78, §1841, p. 527, T. II, obſ. 517, p. 185 ſeq. MOSERI teutſches ſtaatsrecht, L. I, c. 40, § I, 2, vol. II, p. 272, auserleſene neueſte ſtaats acta unter der jezt glorwürdigſten Regierung Ihro Kaiſerl. Maj. Joſephs des zweiten etc., *Vlmae* 1769, P. III, c. 4, p. 130 ſeqq et P. V, cap. 5. p 294 ſeq.

*n*) Hoc atteſtantur litterae ad comitia imperii miſſae, et menſe Augu-

